

Ravennae (XI 432 cf. p. 1228 saepius descripta saec. XVI). — 1) Videtur praeaccessisse in eodem lapide titulus Marianae Polycarpae, quem non repetivi. — 2) Decuriae septimae, 3) decuriam octavam. Dec. XXVIII eiusdem collegii memoratur in simili titulo XI 426. — 4) Municipii Ravennatis.

7235^a d. m. | L. Caesernio | Primitivo | IIIIv.¹ et dec. col. fab., | et Olliae Primillae | coniug. eius, | leg.² ex testament. eor. | dec. IIII coll. fabr., | uti rosas Carnar.³ ducant, $\text{X} \text{CC}^4$, | L. Caesernius | Primitivos | parentib.

Untergamling prope Emonam (Laibach) (III 5895 vidit Mommsen). — 1) Scr. IIIIv. (IIIv. retinet Premierstein Festschr. zu O. Hirschfelds 60. Geburtstage p. 244; cf. N. 7258). — 2) Legatis. — 3) Carnariis (kalendas Iunias, deae Carnae sacras, significari putat Mommsen). — 4) Denariis ducentis.

7236 [Au]r. Quintianus dec. coll. fab. et | [ce]nt., qui vixit ann. p. m.¹ LI men. V d. X | [viv]us sibi posuit et Aur. Ianuarie | [co]niugi suae; cot si quis aeam arcam | [po]st mortem eorum aperire vo[lu]erit, in[fer]et[ur] decuriae meae $\text{X} \text{XXV}$.

Salonis (III 2407 cf. 8589 quatter ut videtur descripta). — 1) Plus minus.

7237 T. Flavio T. lib. Hilarioni decur. coll. fabr. ex lustro XV, nungento¹ ad subfrag.² lustro XVI, mag. quinq. coll. fabr. tignarior. lustro XVII³, honorat. ex lustro XIX, censor bis ad mag. creando[s]⁴ lust. XIX et XX, iudex inter elect. XII ab ordine lust. XXII, Claudia Ti. f. Prisca viro optimo et Flavia T. f. Priscilla patri optimo.

Romae, reperta Ostiae potius quam (ut narrabatur) in agro Tusculano (XIV 2630 semel descripta saec. XV exeunte, quod apographum servavit lucundus). — 1) Intellege unum ex nongentis qui dicebantur cf. Plin. h. n. 33, 2, 34: nongenti vocabantur ex omnibus selecti ad custodiendas suffragiorum cistas in comitiis (quem locum attulit Mommsen). — 2) Suffragia (cf. not. 4). — 3) Cf. N. 7224 not. 3. — 4) creando traditur.

7238 L. Cincius L. f. Suc. Martialis Vvir¹, | possessor huius monumenti ex testamento L. Mamili | Felicis, decuriae X² collegium³ fabrum tignuariorum parietem dextrum | introitus ollas XXXII donavit eis qui infra scripti sunt, singulis singulas: |

P. Sulpicio Felici decur., | L. Cincio L. f. Pal. Martiali f.⁴, | (*sequuntur alia nomina viginti*).

Reliquas ollas X, qui in hac decuria allecti erint, singulas do lego. | Reliquum omnem ius meum quod est in hoc monumento Amatiac Eunia uxori meae et L. Cincio L. f. Pal. | Martiali et M. Amatio Crescenti do possidereque eos iubeo.

Romae (VI 9405 aliquoties descripta saec. XVII). — 1) Quinquevir (cis Tiberim, ut putat Huelsen C. I. L. VI p. 3469). Cf. Premierstein in 'Festschr. zu O. Hirschfelds 60. Geburtstage' p. 238. — 2) Decimae. De decuriis collegii fabrum tignuariorum Ostiensis cf. supra N. 4428. 6465. — 3) Scr. collegii. — 4) Filio (scilicet donatoris). Nota tribus diversas patris et filii.

Decurio conlegi fabrum ferrarium (Romae) est supra N. 4945.